



Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrvm Misericordiæ Palativm

Variis Sacræ-Scriptvræ Locis, Atqve Septem misericordiæ operibus quasi
peristromatibus exornatum


Gazaeus, Nicolaus

Augustae Trevirorum, 1618

Qvod Charitativi Et Misericordes Debent Solvere Eos Qvos Sathan vinculis
peccatorum obstrinxit, & adiuuare animas in purgatorio existentium.
Capvt LV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54459](#)

hitur: sic etiam virgo inclusa nullo negotio poterit virtutum assequi fastigia, quæ in mundo quotidie periclitarentur. Cum ergo Ciuilem illum carcerem, claustrum dixerim elegerint nonne merentur adiutorium? Ita planè. Iis igitur charitatiui vestris opibus subuenite.



QVOD CHARITATI-
VI ET MISERICORDES D.E.
BENT SOLVERE EOS QVOS
Sathan vinculis peccatorum obstrinxit,
& adiuuare animas in purgatorio
existentium.

CAPVT LV.

AEt quum etiam est, ut his qui peccato-
rum implicati sunt retijs sanctis ad-
monitionibus succurratur; hos soluere ex-
pedit qui Diabolicis alligati sunt vinculis.
Neque enim grauior est seruitus, quā pec-
cati: *Qui facit peccatum seruus est peccati;* in-
quit Euangelista. D. Augustinus non ali-
unde ortam fatetur seruitutē quām à pec-
cato: *Hinc in Sanctis codicibus nomen vel*
seruitutis vel servi nusquam reperitur, ante-
tem-

*Ioan. 8.
seruitutē quām à pec-
cato: *Hinc in Sanctis codicibus nomen vel*
*seruitutis vel servi nusquam reperitur, ante-**

*Lib. 19. de Ci-
uitate Dei c. 15.*

300 CAPTIVOS REDIMERE

tempora Patriarchæ Noë , qui filio Chain maledixit,& fratum subiecit imperio.Deriuat autem nomen hoc seruitutis à verbo *seruare* , quia duces in bello deuictis hostiis fortissimos quoisque seruare consueverant; vt eos mechanicis laboribus subdendos venderent. de quâ consuetudine vide Iustinianum. D. Basilius Diuo Augustino consentiens, neminem à natura seruum esse asserit , nisi se sponte peccati subiecerit seruituti. Nam et si homo infinitis clauderetur numellis, spiritus tamen illis coerceri, nec contineri posset; ita vt is verè liber dici possit , qui et si corpore captiuus sit , omnitemen in spiritu iniquitate caret. Testes audiamus. Cicero in primis sic scribit: *Liber estimandus est qui nulli turpitudini seruit.* Seneca verò : *Liber non est quem superbus inflamat animus* , quod Aristoteles edocuisse videtur; dum inquit: *Virtus & malitia, determinant seruos & liberos.* Quid Sancti Patres hac de re eloquantur videamus. Diuus August: Ecclesiæ lumen sic scribit: *Liber est bonus homo, etiam si seruiat. & alibi: Solum Iustus est liber.*

Id ipsum tenet D. Ambrosius sic scribēs:
Ille in quauis conditione seruity liber est, qui amore non capitur, auaritia & vinculis non tentat.

Lib.1. instit.
Serm.de Spi-
ritu.

In prouer.

Lib.1.Politic.

Lib. 4. de Ci-
uitate Dei.
Serm.18. de
verb. Apost.

tur, metu criminis non alligatur, qui securus expectat futura, quem non pauent praesentia. *Lib. de Ioseph.*
Sola apud Deum (inquit D. Hieronymus) *libertas est, non seruire peccato.* Hos ergo peccatores, iniuritatum pondere oppressos, & malitia irretitos vinculis soluite, continuis exhortationibus, monitionibus, & fraternis correctionibus, ut mereamini recipere præmium sempiternum.

Quoniam hoc opus Misericordiæ partim corporale, partim spirituale est, vos exhortari possem (Misericordes) ut animarū in purgatorio existentiū misereamini, quæ in medijs torquentur ignibus, sulphureum patientes fumum. Ad hæc loca subterranea, ad hos alterius mundi carceres remittere possem, sed ne prolixior sim, omitto.

QV ALITER SE HABERE DEBEANT FRATRES
 CHARITATIVI ERGA REOS
 qui suppicio sunt afficiendi.

CAPVT LVI.

Non minimum est inter hæc Misericordiæ huius opera captiuis etiam reis &